This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600004946T

27. 572

DE SIMPLICITATE SCRIPTORUM SACRORUM IN COMMENTARIIS DE VITA IESU CHRISTI

COMMENTATIO SECUNDA

SCRIPSIT

PROFESSIONIS PHILOSOPHICAE EXTRAORDINARIAE

ADEUNDAE CAUSSA

CAROLUS GUSTAVUS KÜCHLERUS

PHILOS. D. ET PROF. PUBL. EXTRAORD. THEOL. BACC. SCHOL. NICOL. COLL. QUART. AD AED. D. PAULI CONCIONAT. MATUT. SOCIET. SCRUT. ET ASSERV. ANTIQUITT. PATR. SODAL.

LIPSIAE

IN COMMISSIS AP. CAR. HENR. RECLAM.

MDCCCXXVII.

572.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

Nova hac scribendi opportunitate oblata ut ad finem perducerem, quam ante quinque et quod excurrit annos ad optima doctoris academici iura consequenda institueram, de simplicitate evangelistarum, quos dicunt, disputationem, vel propterea faciendum putavi, quod lectoribus benevolis hoc me debere intellexi, ut fidem iis datam tandem aliquando solverem. Memet ipsum enim fateor propensiorem fuisse ad relinquendum, quam absolvendum opus meum, non quo de ipsa re, quam exposui, aliter nunc atque olim statuam, sed quia omnium minime me fugit, quam multa in priore libelli mei parte desiderari passus sim. Quo magis vero habui, quod mihi gratularer, operam meam qualemcunque viris doctis non prorsus improbatam fuisse, eo minus dubitavi facere, quod honestum virum decebat, hoc est, stare promissis meis. Sed accedit, quod temporis nostri rationes flagitare videntur, ut auctoritas et integritas scriptorum novi foederis idoneis argumentis defendatur, quum ne nunc quidem absint, qui eorum fidem et gravitatem non uno modo infringant, sibi-

que etiam sapere videantur, si illorum testimoni
vel suspectum reddiderint, vel verum esse omn
negaverint. Neque enim verentur nonnulli a
ipsum populum docere, Iesum Christum a di
pulis plus semel male intellectum esse, nobis
non veram Iesu doctrinam, sed iudaico φυράμ
conspersam in libris sacris traditam esse, ita
magni quid fecisse sibi videantur, si eam a s
dibus illatis purgaverint. At videt quisque hu
nis opinionibus non praeoccupatus et div
veritatis sensu imbutus, quid ex istorum m
sit doctrinam divinam nativae suae puritati
integritati restituere, scilicet divinae huius
ctrinae origini detrahere, id, quod quam
xime huius doctrinae proprium est, tollere et
vinam sapientiam mutare in institutionem, quae
rideat superbiae humanae. Quo quidem iure
faciant quidque lucraturi sint, ipsi videant et
sterum tempus docebit.

Nunc potius agamus, quod nobis proposi
est, ut *simplicitatem scriptorum sacrorum in co
mentariis de vita Iesu Christi* conspicuam ube
illustremus. Et in prooemio quidem prioris co
mentationis separatim dixeramus, uti par erat,
mentis s. ingenii et animi s. morum simplicit
quae evangeliorum auctoribus tribuenda esset,
in ipsa disputatione satius esse iudicavimus, reli

hoc discrimine utramque simplicitatis speciem comprehendere, quum in scribendo mentis animique vires ita coniunctae operentur, ut utriusque limites accurate definire difficillimum sit [1]). Itaque nunc quoque placet, de scriptorum sacrorum simplicitate ita disputare, ut eos et ingenii et animi simplicissimi fuisse simul evincamus. Quam quidem simplicitatem quum nuper in *modo narrandi* in universum conspicuam esse rationibus nonnullis comprobaverimus, restat nunc, ut ostendamus, quaenam huius simplicitatis notae in *dicendi genere*, quo usi sunt, reperiantur. Ne igitur dubium sit lectoribus, quem finem nobis propositum habeamus, eos monitos esse cupimus, orationem s. genus dicendi evangelistis usitatum nobis ita comparatum videri, ut ex eius conformatione et indole pateat, scriptores sacros de fatis moribusque Iesu Christi homines simplices fuisse, h. e. homines non ingenii quidem subtilitate et acumine, sed nativa iudicii sanitate praeditos, non doctrinae quidem laudem habentes, sed ad verum cognoscendum erectos et aptos, nullis ad persuadendum excogitatis artibus utentes, nullam fraudem meditantes, imo veri sibi conscios et studiosos [2]). Non negamus

1) cf. p. 17 sqq. p. 22.

2) „Si le témoignage des disciples en faux, on ne peut se dispenser de croire que ces hommes sont

erit iudicatu, quae ad externam narrationum ir
lem referenda sint, quaeque dicendi generis s
plicitatem constituant. Ad alterum vero quod
tinet, satis est monere, nos non demonstrare
tionis simplicitatem, sed hanc ponere eo se
quo antiquioribus et recentioribus interpretibus
tellecta et accepta est [4]), ex eaque repetere ar

---

4) „Siquidem divinitus visum est, ut sacra oracula
plici et perspicuo exararentur dictionis genere,
praetendere quisquam possit, nihil a se in illis i
ligi.“ *Augustinus* ad Volusianum. — „Multi di
sermonem sacrum esse simplicem, neque tamen
clarant, quid simplicitatem eam vocent.' Quare
aliquid de ea re annotabimus. Simplex igitur s
alias rudis, rusticus et ferme ineptus dicitur,
homines prorsus imperiti, ut sunt rustici ac past
utuntur. Alias non admodum copiosus aut orn
alias pro rei natura factus, et quasi ex ipsismet r
nascens, non ex ingenio aut industria scriptoris;
apertus et propalam id agens, quod agit; alias n
me malitiosus, fucatus aut fraudulentus; alias
munis ac proprius aptusque et non figuratus.
mogenes dicit, simplices sententias esse comm
atque omnibus usitatas, nihilque admodum prof
et astute cogitati habentes, aut etiam aliud quid
lantes. Scaliger dicit, simplicem sermonem op
amplificato. Sermo igitur scripturae non ita est
plex, ut sit rudis rusticusve aut etiam de vulga
levibusque rebus, non etiam ut omni ornatu ca
sed ut sit sincerus ac sanus, veritatem simpli
aperteque profitens, nihilque dolo malo agens.

menta pro mentis animique scriptorum simplicitate. Quod quidem iure nostro facere nobis videmur,

---

et Euripides dicit, veritatis sermonem esse simplicem et apertum, nec variis indigere explicationibus et ambagibus; sed iniustam causam, cum per sese sit morbida, necessario indigere astutis pharmacis." Flacius in *Tractat. de stilo sacrr. litt.* qui inest Clavi Script. S. Part. II. p. 351. (Basil. 1567.) — „Matthaeus verbis utitur, quibus in historia uti convenit, simplicibus, planis, propriis et minime obscuris, cumque lenitate quadam aequabili profluentibus. Ut enim in rerum tractatione operosas rerum, personarum, temporum locorumque descriptiones, caussarum item discussiones elaboratas et alia his similia historiae ornamenta in profanis historiis sparsim magno cum splendore adhibita, nihil moratur Matthaeus: ita in verborum compositione phaleras et exornationes rhetoricas, picturata verba et splendida non adhibet." Idem p. 352. — „Dum scripturae simplicitatem tribuimus, non intelligimus per stilum simplicem rude quoddam et incultum dicendi genus, sed stilum apertum, sincerum, qui ex ipsismet quasi rebus nascitur, et tum ad rei indolem, tum ad audientium captum accommodatus est." Rambachius in *Institt. Hermen. S.* p. 33. (ed. quart.) et ad quem hic provocat, Salom. Glassius *Philol.* S. libr. I. p. 277. — „Primis christianismi doctoribus ars talis nulla (qualis Graecorum), sermo simplicissimus et sine illecebris, sola praecepta, promissa, minas nuda oratione proferens." Hugo Grotius *de verit. rel. christ.* p. 150. (Lips. 1726.) — „Verborum porro simplicitatem periti ac imperiti, quamquam diversis de causis, scriptoribus sacris tribuunt, ut vel hoc communi indi-

quidem, ad cognoscendam hanc simplicitatem
nus dicendi minus facere, quam modum narrai
et leviora simplicitatis vestigia in oratione e
quam in narratione; sed ne haec quidem praet
eunda esse videntur, quum valeant ad totam r
illustrandam et e gravioribus argumentis etiam
vioribus non exigua vis accedat.

In hoc vero argumentationis genere adr

---

des fous, ou des scelerats, et même l'un et l'a
Cependant leur predication fait paroître la gloir
leur innocence et de leur sagesse pour confou
cette double calomnie. Que ne lit-on les livres
ces ecrivains admirables, et l'on y verra la bon
foi, la sincerité et le desinteressement ioints á la m
rale la plus pure et la plus saine qui fut jamai
Abbadie *Traité de la verité de la relig. chret.* Pa
II. p. 37. (Amsterd. 1719.) „Haec igitur simplicit
in N. T. interpretatione tanto magis est necessar
quo maior est ipsorum scriptorum sacrorum et ipsi
Domini in cogitando docendoque simplicitas. Ns
Dominus quidem, omnium hominum integerrim
quanta mentis animique simplicitate fuerit, ne
ignorare potest, nisi sensu simplicitatis ipse careat."
„Atque haec simplicitas non in paupertate quadam i
genii humilibusve rerum notionibus cernebatur, s
summarum rerum simplici veraque conceptione co
stabat, et conspicua erat potissimum in mirifica a
mi ad res coelestes erecti virtute, qua vera relig
cernitur." S. V. Tittmannus in Progr. *de simp
citate in interpretatione N. T.* Lips. 1811. p. 12.

dum cavendum est, ne confundamus et commisceamus, quae diversa plane sunt, primum ne, quae spectant ad narrandi modum, trahamus ad dictionis indolem, deinde ne ipsius orationis simplicitatem confundamus cum mentis animique simplicitate, quae ex illa appareat [3]). Itaque primum circumspiciendum est, quibus finibus modûs narrandi, quibus genus dicendi contineatur, ne ex huius ditione in illius ditionem aberremus atque omnia turbemus. Qua in re opus est, ut discedamus a latiore notione, qua plerumque modus narrandi accipitur, quaque comprehenditur simul genus scribendi omnisque narrationum conformatio; imo potius haec angustior notio tenenda est, ex qua modus narrandi spectat potissimum ad res ipsas narratas, modus dicendi scribendive ad formam narrationis, ille ad internam, hic ad externam narrationum indolem pertinet, ille in rebus, hic in verbis cernitur. Quod discrimen quum in priore commentatione satis luculenter observaverim, eas simplicitatis notas afferens, quae ex interna ipsarum narrationum indole repetitae essent, facile nunc

---

3) Nam triplex omnino simplicitas diligenter discernenda est, simplicitas ipsorum auctorum N. T., simplicitas librorum ab iis scriptorum, et simplicitas interpretationis, necessaria virtus interpretum.

erit iudicatu, quae ad externam narrationum *in*
lem referenda sint, quaeque dicendi generis s
plicitatem constituant. Ad alterum vero quod
tinet, satis est monere, nos non demonstrare c
tionis simplicitatem, sed hanc ponere eo se
quo antiquioribus et recentioribus interpretibus
tellecta et accepta est 4), ex eaque repetere ar

---

4) „Siquidem divinitus visum est, ut sacra oracula
plici et perspicuo exararentur dictionis genere,
praetendere quisquam possit, nihil a se in illis i
ligi.“ *Augustinus* ad Volusianum. — „Multi di
sermonem sacrum esse simplicem, neque tamen
clarant, quid simplicitatem eam vocent.' Quare
aliquid de ea re annotabimus. Simplex igitur s
alias rudis, rusticus et ferme ineptus dicitur,
homines prorsus imperiti, ut sunt rustici ac past
utuntur. Alias non admodum copiosus aut orn
alias pro rei natura factus, et quasi ex ipsismet r
nascens, non ex ingenio aut industria scriptoris;
apertus et propalam id agens, quod agit; alias n
me malitiosus, fucatus aut fraudulentus; alias
munis ac proprius aptusque et non figuratus.
mogenes dicit, simplices sententias esse comm
atque omnibus usitatas, nihilque admodum prof
et astute cogitati habentes, aut etiam aliud quid
lantes. Scaliger dicit, simplicem sermonem op
amplificato. Sermo igitur scripturae non ita est
plex, ut sit rudis rusticusve aut etiam de vulgar
levibusque rebus, non etiam ut omni ornatu ca
sed ut sit sincerus ac sanus, veritatem simpli
aperteque profitens, nihilque dolo malo agens.

menta pro mentis animique scriptorum simplicitate. Quod quidem iure nostro facere nobis videmur,

---

et Euripides dicit, veritatis sermonem esse simplicem et apertum, nec variis indigere explicationibus et ambagibus; sed iniustam causam, cum per sese sit morbida, necessario indigere astutis pharmacis." Flacius in *Tractat. de stilo sacrr. litt.* qui inest Clavi Script. S. Part. II. p. 351. (Basil. 1567.) — „Matthaeus verbis utitur, quibus in historia uti convenit, simplicibus, planis, propriis et minime obscuris, cumque lenitate quadam aequabili profluentibus. Ut enim in rerum tractatione operosas rerum, personarum, temporum locorumque descriptiones, caussarum item discussiones elaboratas et alia his similia historiae ornamenta in profanis historiis sparsim magno cum splendore adhibita, nihil moratur Matthaeus: ita in verborum compositione phaleras et exornationes rhetoricas, picturata verba et splendida non adhibet." Idem p. 352. — „Dum scripturae simplicitatem tribuimus, non intelligimus per stilum simplicem rude quoddam et incultum dicendi genus, sed stilum apertum, sincerum, qui ex ipsismet quasi rebus nascitur, et tum ad rei indolem, tum ad audientium captum accommodatus est." Rambachius in *Institt. Hermen. S.* p. 33. (ed. quart.) et ad quem hic provocat, Salom. Glassius *Philol.* S. libr. I. p. 277. — „Primis christianismi doctoribus ars talis nulla (qualis Graecorum), sermo simplicissimus et sine illecebris, sola praecepta, promissa, minas nuda oratione proferens." Hugo Grotius *de verit. rel. christ.* p. 150. (Lips. 1726.) — „Verborum porro simplicitatem periti ac imperiti, quamquam diversis de causis, scriptoribus sacris tribuunt, ut vel hoc communi iudi-

quum oratio quasi imago quaedam mentis et animi sit. Quemadmodum enim fieri nequit, ut homo indoctus scribat docte et eleganter, ita quoque fieri non potest, ut homo fallax scribat aperte et sincere. Igitur cum contendimus, etiam in genere dicendi cum mentis et animi simplicitatem, quae scriptorum sacrorum de vita Iesu Christi propria fuit, expressam esse, non facile quisquam erit, qui dubitet, quin simplex scribendi genus ingenii simplicis testimonium sit, sed erit fortasse, qui neget, ex oratione simplici animum simplicem colligi posse. Nam fallacem etiam hominem posse simplici oratione uti, ut eo certius fallat, et Novi quidem Test. scriptores ne potuisse quidem aliter scribere pro temporum suorum rationibus, natalium humilitate et in-

---

dicio niti possimus, praesertim cum pauca in unive sum ea de re, quae in exemplis posita est, perspici disputare liceat. Etsi igitur maximarum fere reru narrationes occurrrant, quibus facile ita commoventi scriptores, ut mentis commotio ex oratione elucea tamen apertum est, omnem rei significationem a si cris scriptoribus fieri verbis, e vitae communis v depromtis, absque omni studio ornandi, movendi, eleganter et exquisite et copiose dicendi; sive graecae linguae consuetudinem, non penitus in libris neglectam, aestimet, sive notiones ad norn hebraicae linguae, ubi opus est, examinet." Mo in Dissert. *Defensio narrationum N. T. quoad dum narrandi* in eius Dissertt. Vol. I. p. 51.

genii modulo; nihil igitur ex eorum oratione coniici posse, quum vel inviti sic scribere debuerint. Atqui quum evangelistarum integritas fidesque praeter orationis simplicitatem ex aliis multis rebus conspiciatur, recte licet ad hanc etiam provocare eamque idonei argumenti loco habere; nova enim caussa ad reliquas accedere putanda est. Alterum vero, quod obiicitur, scriptores sacros de vita Iesu Christi pro temporum et rerum suarum rationibus aliter scribere non potuisse, ita comparatum est, ut maiorem etiam fidem iis faciat gravioremque auctoritatem conciliet. Igitur tales se exhibuere, quales re vera erant, neque affectarunt, quod ab ipsis alienum esset; acquieverunt in ea oratione, quae ipsis familiaris et solita esset, neque aliam doctiorem et subtiliorem quaesiverunt. Contra profecto haberemus, quod fidem eorum in dubium vel suspicionem certe vocaremus, si alia oratione usi essent, quam qua pro temporum rationibus et populi sui ingenio uti poterant. In hoc enim singularis quaedam providentiae divinae cura cernitur, quod evangelium per homines humili loco natos, nulla doctrinae laude insignes literis consignari voluit. At vero dudum iam observatum est, scriptores sacros de vita Iesu Christi in summa illa dictionis similitudine multa tamen habere, quibus a se

differant [5]), ex quo intelligitur, eos in genere dicendi non tam ferrea necessitatis lege constrictos fuisse.

Hanc igitur mentis animique simplicitatem, quae e genere dicendi appareat, eo potissimum conspicuam reddi arbitramur, quod scriptores nostri plerumque *fusius et copiosius narrant*, quod *singulas narrationum partes vel omnino non, vel non satis apte copulant*, quod *orationem non admodum variant et omnem dictionis ornatum respuunt*, quod denique *non cavent a negligentia quadam in grammatica orationis constructione*.

---

5) „Il est d'abord remarquable, que les quatre evangelistes, qui conviennent dans la simplicité avec laquelle ils écrivent, sont pourtant d'un caractere different. St. Iean s'exprime d'une maniere qui paroît assez simple, si on la compare avec celle de St. Luc. qui étant medecin, devoit avoir le stile un peu pl élevé que St. Iean, qui étoit originairement un j cheur." Abbadie in libro supra laud. p. 53. Ceter sufficiat provocare ad VV. DD., qui nostra aet sigillatim de hac re egerunt, Schulzium *Der schri stellerische Charakter und Werth des Iohann* Lips. 1811. (a quo p. 106. sqq. etiam veterum int pretum testimonia laudantur.) *Ueber den schriftst lerischen Charakter und Werth des Marcus Keilii* et *Tzschirneri* Analectis Vol. II. Fascic. II 104. sqq. et Fascic. III. p. 69. sqq.) et Gersdoi *Beiträge zur Sprach-Charakteristik der Schrij ler des N. T.* Vol. I. Lips. 1816.

Iam id nobis agendum erit, ut singulorum argumentorum vi examinata et demonstrata ipsas has stili evangelistarum proprietates exemplis illustremus.

Primum igitur, in quo simplicitatem scriptorum de vita Iesu Christi conspicuam esse existimamus, in abundantia orationis s. in eo positum est, quod *plerumque fusius et copiosius narrant.* Quam quidem abundantiam non tam ad res ipsas narratas, quam ad formam narrationis i. e. genus dicendi pertinere dixerim. Praeter necessarias enim narrationum partes nihil fere admixtum est, quod superfluum dici possit, quod solius ornatus caussa adiectum sit, atque vi sua ad res illustrandas careat [6]). Sed genus scribendi tale est, quod haud immerito verbosum et abundans dici possit, quum plura contineat, quae salva perspicuitate vel abesse vel brevius dici poterant. Est enim mos hominum simplicium, qui mentem literarum et artium studio non subactam et excultam habent, qui ad doctrinae laudem non adspirant, quique animo ingenuo atque aperto sunt, ut quae breviter narrari possent, longioribus verborum ambagibus illustrent, quae una sententia absolvi possent, pluribus orationis membris adhibitis efferant, nihil fere reticeant, quod

6) cf. Mori *Defensio narrationum N. T.* p. 47.

ullo modo ad rem aliquam intelligendam et definiendam facere possit, imo ea etiam interdum addant, quae facillime cogitando suppleri possint. Sic narrare homines bonae fidei, sed uberioris doctrinae cultus expertes, usu quotidiano edoceri possumus. Eodem igitur modo narrarunt quoque scriptores sacri de vita Iesu, indolem suam secuti, h. e. mentis simplicitatem, alienam a praecisae orationis arte et virtute, et animi simplicitatem, quae elimatae et expolitae dictionis laudem et commendationem non admodum quaerit. Orationis abundantioris vestigia circumspicienti primum hoc sua sponte offertur cuivis, quod scriptores nostri plerumque directa, quam dicunt, raro indirecta oratione utuntur, omnesque in historia sacra obvios homines suis ipsorum verbis loquentes inducunt cuius rei quaevis evangeliorum pagina satis multa exempla suppeditat. Sufficiat provocare ad cap. II Matthaei, in quo magi, Herodes, sacerdotes, angelus et propheta octies suis verbis loquentes inducuntur vv. 2. 5. 6. 8. 13. 15. 18. 20. cll. tam vv. 4. et 23. Quid quod cogitata modo referuntur, ac si dicta essent, et directae orationis ope proponuntur. cf. Marc. 12, 6. 7. Matth. 21, 37. Matth. 14, 26. cll. Marc. 6, 49. Matth. 21, 26. Marc. 11, 31. 32. Luc. 20, 6. 7. quidem mos ut omnibus evangelistis admodum

miliaris est, ita inprimis observatus est in evangelio Marci [7]), et quamquam in antiquissimo quoque historiarum scriptore obvenit, tamen ex hebraicae linguae indole a nostris maxime repetitus est. Sed cernitur hac in re magna scriptorum nostrorum virtus, quatenus directo hoc genere dicendi perspicuitas, gravitas et pulchritudo orationis mirum quantum augetur. Ad abundantiam orationis porro referendus est frequens usus multorum participiorum, quae quidem vi sua non carent, sed tamen cogitando facile adduntur, vel etiam omnino non desiderantur, quum eorum notio in reliquis verbis iam insit. Raro apud scriptores nostros praegnantes voces et sententiae reperiuntur, omnia potius uberius descripta et copiosius exposita sunt, ita, ut praeter rem gestam aliquam actionemve etiam modus eius et universa ratio illustretur. Quod quale sit, intelligetur ex his, quos exscribendos curavi, locis: Matth. 4, 13. *καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναούμ.* 4, 14.

---

7) v. Schulzius in Analectis supra laud. Fasc. II. p. 101. Cf. *Idem* in libro de Iohanne p. 190. In universum enim tenendum est, omnes quatuor evangelistas in eo quidem convenire, quod homines suis ipsorum verbis loquentes faciunt, sed in locis parallelis saepenumero a se invicem discrepare, ita, ut quae alter recta oratione profert, obliqua alter referat.

ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος. 5, 2. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτοὺς λέγων. 8, 2. καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ. 8, 3. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς. 8, 6. προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων. 8, 8. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη. 8, 29. καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν λέγοντες. 9, 4. ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. 9, 18. 19. ἄρχων εἷς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ λέγων· — ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου· — καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ. Eiusmodi loci apud reliquos etiam evangelistas frequentissimi sunt [8]). Huc pertinent etiam circumscriptiones quaedam verborum et nominum, quales fiunt per verba ἄρχεσθαι apud Marcum inprimis [9]) et γίγνεσθαι apud omnes [10])

8) Inprimis apud Marcum; qui verbum ἔρχεσθαι cum suis compositis in deliciis habet, ut plurimis exempli docuit Schulzius l. l. p. 122. Praeterea cf. Luc. 1, 27. Io. 6, 5.

9) cf. *Idem* p. 127. Ita 4, 1. ἤρξατο διδάσκειν. 5, ἤρξατο παρακαλεῖν. 6, 55. ἤρξαντο περιφέρειν τοὺς κα ἔχοντας· ubi Matth. et Luc. ἐδίδασκεν, ἐλάλει, παρεκάλε ἠρώτησαν, προσήνεγκαν habent.

10) Matth. 19, 1. καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς λόγους τούτους. Marc. 2, 23. καὶ ἐγένετο παραπορε αὐτὸν — καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν κ. Luc. 5, 1. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτ καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς κ. τ. λ. Iohannes solus hac fo abstinuisse videtur.

et per nomina υἱὸς, πρόσωπον, ὄνομα et alia [11]). Porro abundantia quaedam sermonis cernitur in usu verborum compositorum, quae evangelistae saepissime eas ipsas praepositiones sequi iubent, quibuscum verba composita sunt, quod quidem usu praestantissimorum scriptorum defendi potest et orationem pleniorem et magis perspicuam reddit [12]). Hoc enim modo efficitur copia quaedam orationis, quae longe differt a pleonasmo, quem ut in veterum Graecorum et Latinorum monumentis scriptis multo paucioribus locis, quam olim visum est, recentiores philologi admittendum esse recte docuerunt [13]), ita etiam in N. T. paucissimis locis statuere licet, omnium minime vero, ubi praepositio verbi compositi repetitur [14]). Similis est coniunctio

11) Marc. 3, 28. πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Luc. 21, 35. ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Matth. 28, 19. βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κ. τ. λ. Plura exempla v. apud Leusdenium de Hebraismis N. T. p. 48. (ed. Fisch.)

12) Copiae et perspicuitatis studio ductum Iulium Caesarem verbis compositis praepositiones, quibuscum composita sunt, vel alias similes addere, satis constat. cf. Held ad B. G. 1, 46.

13) Instar omnium laudo Hermannum ad Viger. p. 885. (ed. III.)

14) v. qui egregie hac de re disputavit, Tittmannum *de vi praepositionum in verbis compos. in N. T. recte diiudicanda* (Lips. 1814.) p. 8.

praepositionum, quae verbis inhaerent, cum adverbiis idem fere significantibus, quae Marco [15]) prae ceteris familiaris est, ut 12, 8. ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος cll. Matth. 21, 39. Luc. 19, 15. Eiusdem fere generis est cumulatio negationum, quam apud eundem Marcum inprimis obviam esse, scite observavit Schulzius [16]), quamquam in reliquorum etiam evangeliis non raro locum habet et ad vim negationis augendam valet, v. c. 14, 25. ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου. cll. Matth. 26, 29. Luc. 22, 17. Denique ad orationis abundantiam s. copiam retulerim et repetitiones sententiarum et explicationes rerum narratarum hic illic obvias. Et quod primum attinet ad repetitiones sententiarum, satis constat, in usu esse scriptoribus nostris, ut iisdem vel paullum mutatis verbis si non eandem sententiam, tamen summam eius vel partes singulas iisdem vel diversis locis iterum iterumque proferant. Qua de causa auctores evangeliorum comparari quodammodo possunt cum antiquissimo carminis epici Graecorum auctore, Homero, qui uberius narrandi studi

---

15) cf. Schulzius l. l. p. 93. v. praeterea Marc. 8, 23. 11, 19.

16) l. l. p. 91. cf. praeterea Marc. 13, 2. 31. cll. 24, 2. 35. Luc. 21, 6. 33.

cum rei alicuius iterum mentionem facit, ea ipsa fere verba repetit, quibus primo eam narraverat. Eiusmodi repetitiones oriuntur tum e studio perspicuitatis, tum e studio monendi de alicuius rei vi et pondere, quibus e caussis fluxerunt quoque sententiae, quas in evangeliis repetitas legimus. Magna vero in iis diiudicandis diligentia adhibenda est, quum earum ratio admodum diversa sit. Et res gestas quidem ipsas non memini in singulis evangeliis bis narratas esse, nisi forte huc referre velis locos Ioh. 1, 15. 27. 30., quibus testimonium Iohannis de Christo latum inest, eiusque generis alios. Sed in una eademque narratione saepius ad filum historiae pertexendum easdem sententias et formulas bis positas reperies, quale est illud Matth. 2, 13. 14.: *ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ — ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ·* vel illud Marc. 2, 11. 12.: *σοὶ λέγω, ἔγειρε ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ ὕπαγε — καὶ ἠγέρθη εὐθέως καὶ ἆρας τὸν κράββατον ἐξῆλθεν.* Quae quidem earundem formularum repetitiones ut perspicuitati narrationis inserviunt, ita vis orationis augetur, cum in sententiis per plura membra enuntiandis vel disiunctivis, quas vocant, eadem verba repetita sunt. Eius rei exempla habemus potissimum in sermonibus Christi, v. c. in oratione montana ap. Matth. 5, 3 — 11., ubi voc.

μακάριος novies positum eandemque singulorum commatum constructionem orationi singulare quoddam pondus addere nemo non sentit. Sed ipse hic sermo a Christo in monte habitus eiusmodi repetitionibus tam plenus est, ut aliis exemplis carere facile possimus. (cf. 5, 21. 27. 33. 38. 43. 29. 30. 7, 25. 27.) Studio perspicuitatem et vim maiorem rebus narrandis conciliandi porro tribuendae sunt repetitiones sententiarum quarundam, quas ab evangelistis data occasione iterum iterumque narrationi insertas esse legimus. Huc v. c. illud refero, quod Marcus monet plerumque lectores de vi, quam dicta et facta Iesu in auditorum et spectatorum animis exseruerint: (cf. 1, 22. 27. 2, 12. 4, 41. 5, 20. 42. 6, 51. 7, 37.) vel quod Iohannes nullam fere occasionem praetermittit, quin Iesum faciat docentem, fidem sibi habitam necessariam salutis conditionem esse. Cf. 7 15. 16. 18. 36. 5, 24. 6, 40. 47. 11, 26. I hannes enim prae ceteris, post eum vero Marcı eiusmodi repetitionibus delectari, multis exemp probavit Schulzius [17]). Huc pertinet denique ali repetitionum genus, quod in eo cernitur, quod se tentiis affirmantibus negantes adduntur, ut vi

17) de Ioh. quidem l. l. p. 63. sqq. de Marco l. l. p. 80. sqq.

positionis ipsa rerum et dictorum gravitas eluceat. Quod quidem quamvis et ipsum Marci et Iohannis proprium esse dici possit [18]), tamen etiam Matthaeus et Lucas eius rei exemplis abundant. Haec enim orationis sacrae N. T. proprietas repetenda est e parallelismo, quem in libris V. T. regnare constat et in quo maxima abundantis et copiosi sermonis caussa quaerenda est. cf. Matth. 5, 19. 6, 14. 15. Luc. 6, 43—49. 9, 24. Quod vero ad alterum abundantis orationis signum attinet, explicationes puta rerum narratarum, interpretamenta singulorum vocabulorum, animadversiones ad locum, tempus, mores hominum, sensum dictorum illustranda spectantes, sciunt omnes, nullum magis interpretis personam agere, quam Iohannem, quem tum quoque, cum hic illic sua ipsius cogitata et sensa aperit, id perspicuitatis caussa fecisse existimare licet. Quae quidem evangelii Iohannei indoles quum ab aliis viris doctis [19]) satis iam illu-

---

18) cf. Schulzius de Marco p. 88. de Ioh. p. 91. et 95. Conferas modo Marc. 10, 14. 12, 32. 14, 61. Ioh. 1, 3. 20. 20, 27.

19) Schulzio l. l. p. 221. et 229. Henkio in Comment. sic inscripta: *Ioannes Apost. nonnullorum Iesu apophthegmatum in evangelio suo et ipse interpres.* Helmst. 1798. 4. repetita in Potti et Ruperti *Syllloge Commentt. theoll.* Vol. I. Helmst. 1800. p. 1.

strata sit, nolui exempla afferre. Neque vero reliqui etiam evangelistae non habent additamenta sua minus necessaria; sic a Matth. 26, 25. nominatur Iudas ὁ παραδιδοὺς αὐτόν, quamquam v. 14. seqq. iam narraverat, eum proditionis consilium agitasse, et v. 19. verbis: „Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς." addita leguntur: „καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα" porro v. 43. verbis: „Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας." addita sunt: „ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι." Apud Marc. 13, 20. leguntur: „Ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, οὓς ἐξελέξατο, ἐκολώβησε τὰς ἡμέρας·" et apud Luc. 5, 35.: „τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις." Sed haec de abundantia sermonis sufficiant.

Alterum argumentum, quo scriptorum sacrorum de vita Iesu Christi simplicitas nititur, et quod e genere scribendi s. dictione eorum petitum est in eo cernitur, quod *singulas narrationum part vel omnino non, vel non satis apte copulant.* Fa cile enim est observare, desiderari non raro evangeliis concinnitatem quandam in narran in connectendis narrationum membris, ple que locos abruptae neque satis cohaerentis tionis indolem referre, atque nonnunquam difficile esse, iustum singularum partium ne constituere. Quod quidem eo minus quis n

quo diligentius in legendis evangeliis versatus est, eoque minus mirabitur, quo rectius scriptorum illorum mores et tempora consideravit. Erant enim, ut ipsa haec evangeliorum indoles testatur, homines simplices, literarum studiis et doctrinae elegantia non imbuti, rerum divinarum quidem cognitione magistri sui beneficio populares suos longe superantes, ceteroquin vero e gentis suae et aetatis conditione pendentes. Itaque in scribendo non alio sermone utebantur, quam qui ipsis et popularibus in usu erat, neque recedebant ab idiomate illo graeco magnam partem ad hebraici sermonis ingenium conformato [20]), quid quod Matthaeus ip-

---

20) Plurimum igitur refert ad dictionem, quae in evangeliis regnat, recte aestimandam, hebraici sermonis ingenium nosse, de quo adscribere placuit, quae habet Robertus Lowth in libro *de sacra poesi Hebraeorum* ed. Michaelis (Gotting. 1758.) Part. I. p. 269.: „Nihil vulgari Hebraeorum sermone simplicius et inornatius concipi potest; nuda, recta, sana atque sincera sunt omnia; voces nec exquisitae, nec lectae; periodorum nulla cura ac ne cogitatio quidem; ipse vocum ordo plerumque constans est et sui similis, praeit verbum, subiicitur nomen agentem denotans; sequuntur cetera; res ipsae singulis enuntiationibus singulae exponuntur, adiuncta seorsum subiunguntur, sine ulla inter se partium implicatione aut impedimento; et quod vel praecipuum est, unius fere particulae ope ab initio ad finem perpetua quadam

sa syro-chaldaica dialecto evangelium suum consignasse putatur [21]). Non nova igitur et insolita oratione eos scripsisse, res ipsa loquitur, sed hoc ipsum documento est, quanta animi etiam integritate fuerint, qui non studerent narrationibus suis stili novitate et splendore favorem conciliare, neque ab orationis facundia commendationem habere vellent. Nam etsi sermonis graeci puritatem et mobilitatem attingere non facile possent, tamen ita scribere poterant, ut maius aliquod studium in orationis concinnitate positum appareret. At non cogitarunt de sermone artificiosius conformando, de partibus narrationis diligentius copulandis, de oratione magis ad graecam rationem componenda, et rerum a se narrandarum vi et gravitate confisi, certaque spe freti, verbi divini efficaciam aliunde pendere, quam ex orationis humanae praestantia, non dissimulabant scribentes natales suos. Neque ver

---

serie aliud ex alio nectitur, ita ut nihil dissipatu aut abruptum aut turbatum appareat. Tota deni oratio cernitur eo ordine disposita eaque par continuatione colligata, ut plane aequabilem i scriptoris habitum demonstret, animique seda tranquilli imaginem quandam exhibeat." De ipso scriptorum N. T. idiomate prae aliis v. WINER' *Grammatica* N. T. p. 3. sq.

21) cf. KUINOELIUS in *Proleg.* ad Matth. p. 7.

nunc loquimur de defectu concinnitatis, qui in delectu rerum de Christo narratarum earumque ad temporum locorumque rationes compositione cernatur [22]), sed de defectu concinnitatis in genere scribendi, de sermone liberius connexo, de laxioribus orationis vinculis. Haec igitur solutior oratio, si in eius caussas inquisiveris, nititur potissimum eo, quod evangelistae paucas modo coniunctiones easque ipsas non ubique usurpant praeter copulantes quasdam, quarum usus perpetuus et latissime patens est. Huc pertinere ante omnia particulas καὶ et δὲ, quisque vel non monitus sciet, quarum haec non solum adversativa est et, ubicunque novi quid affertur, posita reperitur, sed simpliciter etiam copulat res quam maxime contiguas, illa vero non solum copulat res plus minusve coniunctas, sed omnium fere aliarum coniunctionum locum explere dici potest, ita, ut propria eius vis e singulorum locorum indole constituenda sit [23]). Exemplo esse

---

22) Qua de re vide, quae disputata sunt in Comment. I. p. 41. sqq.

23) Quod non sic intellectum volo, ac si particula καὶ proprie et per se significet, quod Graeci aliis coniunctionibus exprimere soleant, sed posse in eius locum aliam coniunctionem nexui aptiorem substitui. Neque enim confundere licet significationem et sensum more Schleusneri in Lexico, quem hoc quidem no-

strata sit, nolui exempla afferre. Neque vero reliqui etiam evangelistae non habent additamenta sua minus necessaria; sic a Matth. 26, 25. nominatur Iudas *ὁ παραδιδοὺς αὐτόν*, quamquam v. 14. seqq. iam narraverat, eum proditionis consilium agitasse, et v. 19. verbis: „*Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς.*“ addita leguntur: „*καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα*“ porro v. 43. verbis: „*Καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας.*“ addita sunt: „*ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.*“ Apud Marc. 13, 20. leguntur: „*Ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, οὓς ἐξελέξατο, ἐκολώβησε τὰς ἡμέρας*“ et apud Luc. 5, 35.: „*τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.*“ Sed haec de abundantia sermonis sufficiant.

Alterum argumentum, quo scriptorum sacrorum de vita Iesu Christi simplicitas nititur, et quod e genere scribendi s. dictione eorum petitum est in eo cernitur, quod *singulas narrationum part vel omnino non, vel non satis apte copulant.* F cile enim est observare, desiderari non raro evangeliis concinnitatem quandam in narran in connectendis narrationum membris, ple que locos abruptae neque satis cohaerentis tionis indolem referre, atque nonnunquam difficile esse, iustum singularum partium n constituere. Quod quidem eo minus quis n

quo diligentius in legendis evangeliis versatus est, eoque minus mirabitur, quo rectius scriptorum illorum mores et tempora consideravit. Erant enim, ut ipsa haec evangeliorum indoles testatur, homines simplices, literarum studiis et doctrinae elegantia non imbuti, rerum divinarum quidem cognitione magistri sui beneficio populares suos longe superantes, ceteroquin vero e gentis suae et aetatis conditione pendentes. Itaque in scribendo non alio sermone utebantur, quam qui ipsis et popularibus in usu erat, neque recedebant ab idiomate illo graeco magnam partem ad hebraici sermonis ingenium conformato [20]), quid quod Matthaeus ip-

---

20) Plurimum igitur refert ad dictionem, quae in evangeliis regnat, recte aestimandam, hebraici sermonis ingenium nosse, de quo adscribere placuit, quae habet Robertus Lowth in libro *de sacra poesi Hebraeorum* ed. Michaelis (Gotting. 1758.) Part. I. p. 269.: „Nihil vulgari Hebraeorum sermone simplicius et inornatius concipi potest; nuda, recta, sana atque sincera sunt omnia; voces nec exquisitae, nec lectae; periodorum nulla cura ac ne cogitatio quidem; ipse vocum ordo plerumque constans est et sui similis, praeit verbum, subiicitur nomen agentem denotans; sequuntur cetera; res ipsae singulis enuntiationibus singulae exponuntur, adiuncta seorsum subiunguntur, sine ulla inter se partium implicatione aut impedimento; et quod vel praecipuum est, unius fere particulae ope ab initio ad finem perpetua quadam

sa syro-chaldaica dialecto evangelium suum consignasse putatur [21]). Non nova igitur et insolita oratione eos scripsisse, res ipsa loquitur, sed hoc ipsum documento est, quanta animi etiam integritate fuerint, qui non studerent narrationibus suis stili novitate et splendore favorem conciliare, neque ab orationis facundia commendationem habere vellent. Nam etsi sermonis graeci puritatem et mobilitatem attingere non facile possent, tamen ita scribere poterant, ut maius aliquod studium in orationis concinnitate positum appareret. At non cogitarunt de sermone artificiosius conformando, de partibus narrationis diligentius copulandis, de oratione magis ad graecam rationem componenda, et rerum a se narrandarum vi et gravitate confisi, certaque spe freti, verbi divini efficaciam aliunde pendere, quam ex orationis humanae praestantia, non dissimulabant scribentes natales suos. Neque vero

---

serie aliud ex alio nectitur, ita ut nihil dissipatum aut abruptum aut turbatum appareat. Tota denique oratio cernitur eo ordine disposita eaque parti continuatione colligata, ut plane aequabilem in scriptoris habitum demonstret, animique sedati tranquilli imaginem quandam exhibeat." De ipso scriptorum N. T. idiomate prae aliis v. WINERU *Grammatica* N. T. p. 3. sq.

21) cf. KUINOELIUS in *Proleg.* ad Matth. p. 7.

nunc loquimur de defectu concinnitatis, qui in delectu rerum de Christo narratarum earumque ad temporum locorumque rationes compositione cernatur [22]), sed de defectu concinnitatis in genere scribendi, de sermone liberius connexo, de laxioribus orationis vinculis. Haec igitur solutior oratio, si in eius caussas inquisiveris, nititur potissimum eo, quod evangelistae paucas modo coniunctiones easque ipsas non ubique usurpant praeter copulantes quasdam, quarum usus perpetuus et latissime patens est. Huc pertinere ante omnia particulas καὶ et δὲ, quisque vel non monitus sciet, quarum haec non solum adversativa est et, ubicunque novi quid affertur, posita reperitur, sed simpliciter etiam copulat res quam maxime contiguas, illa vero non solum copulat res plus minusve coniunctas, sed omnium fere aliarum coniunctionum locum explere dici potest, ita, ut propria eius vis e singulorum locorum indole constituenda sit [23]). Exemplo esse

---

22) Qua de re vide, quae disputata sunt in Comment. I. p. 41. sqq.

23) Quod non sic intellectum volo, ac si particula καὶ proprie et per se significet, quod Graeci aliis coniunctionibus exprimere soleant, sed posse in eius locum aliam coniunctionem nexui aptiorem substitui. Neque enim confundere licet significationem et sensum more Schleusneri in Lexico, quem hoc quidem no-

potest locus quisque primum obvius; quare paucis defungar in illustrando loco, qui legitur apud Matth. 8, 6. seqq. Ibi scilicet primum δὲ v. 6. indicat novae narrationis initium et καὶ simpliciter copulat participia; καὶ v. 7. continuat narrationem ita, ut esse possit: *tum* vel *ad haec* dicit Iesus; καὶ v. 8. et ipsum continuat, ita tamen, ut, si omissum esset, non desideraretur quidquam; in fine eiusdem versiculi autem καὶ inservit apodosi et pro linguae graecae rationibus recte abesse potuit; καὶ γὰρ v. 9. ut Latinorum *etenim* ita caussam subiungit, ut eam simul cum antecedentibus copulet, sed in hunc fere sensum: *quamvis enim* alienae potestati subiectus sim, tamen habeo servos dicto audientes; sed haec ipsa apodosis uberius et liberius prolata est, nam καὶ λέγω τούτῳ ad sensum est i. q. si dixero huic, et quae sequuntur particulae καὶ, iterum faciunt apodosin. Particula δὲ vero v. 10. nec ipsa adversativa est, quum Iesus iam v. 7. promtum suum ad sanandum servum animum significasset, sed mera copulativa, quae salva orationis cohaerentia abesse potuit, quum hoc solum dicatur: Quo audito Iesus miratus est. Eiusmo

mine merito taxandum aegre tamen tuli nonnunq tam graviter et acerbe reprehensum esse, quippe ius opera et auxilio recentioribus lexicographis li rit demum, rectiora docere.

orationem liberius connexam, quam in Matthaei, Marci et Iohannis evangeliis regnare constat, apud ipsum Lucam etiam, quem magis, quam reliquos, ad graeci sermonis puritatem accedere novimus, facili negotio observabis, si vel primam eius narrationem de Zacharia sacerdote 1, 5. seqq. comparaveris, in qua haec se excipiunt: *Ἐγένετο ἱερεύς τις — καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ — καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ — ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι — καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα — ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν — καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἦν προσευχόμενον — ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος — καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας* — etc. Praeter pronomen relativum, quo sententiae copulantur, coniunctiones *ἵνα, ὅτι, γαρ, εἰ, ἐὰν, εἰ μὴ, ὡς, καθὼς, ὅπως* solae fere sunt, quarum ope tota oratio nectitur. Illarum vero particularum, quarum usus apud Graecos latissime patet eorumque orationi singularem quandam perpetuitatem et tenorem conciliat, quales sunt *ἄν, γέ, δή, τοί, ἄρα, τέ, μὴν* in evangeliis certe longe rarior usus est, sed nullus fere illarum locutionum, quibus Graeci praeterea singularum sententiarum inter se rationem et nexum significant. Una igitur laxioris orationis caussa in manco et imperfecto particularum usu sita est; altera vero in eo, quod scriptores sacri commotione quadam animi et fervore orationis abrepti nexum singularum sententiarum

rerumque minus curant eumque expressis verbis indicare non raro negligunt. Neque enim scriptores de vita Iesu Christi componere licet cum plerisque historicis veteris et recentioris aetatis, si spectaveris ad animum, quo affecti ad scribendum accesserunt. Nam neque collegerunt diu et operose, quae memoriae traderent, neque promserunt e scriniis suis, quae dudum iam in chartas coniecta nunc retractata et expolita in vulgus emitterentur, neque exposuerunt de rebus multis saeculis ante gestis, neque populorum et civitatum fata omninoque eiusmodi res perscripserunt, quae ipsorum animum non commoverent magnopere: sed nunc primum scribendi consilio capto recentissimae memoriae historiam composuerunt, et narraverunt de viro, divinae sapientiae virtutisque exemplo praestantissimo, verae felicitatis et salutis doctore et auctore vere divino, cui et ipsi hoc acceptum referebant, quod divinae veritatis luce illustrati et acriore virtutis studio accensi certam aeternae beatitatis spe alebant. Sua ipsorum igitur res agebatur, ipsoru non os, sed animus omnibus laetitiae, pietatis, r verentiae, gratae mentis sensibus repletus loqueb tur, ideoque mirum non est, quod in eorum tione etiam commotioris huius animi vestigia sint. Non digni profecto tanto magistro disci essent, nisi intelligi posset, eos ipsos res grav

mas, quas narrandas haberent, summo animi studio amplexos esse. Haec igitur caussa fuit, cur saepenumero historiae perpetuitatem negligerent, ab uno ad alterum celeri pede properarent, et lectoribus singularum rerum et sententiarum nexum cogitandum relinquerent. Neque tamen propterea fieri non potest, ut attentus et diligens lector mentem eorum perspiciat et rationem intelligat, qua ab una re ad alteram cogitando transierint. Ut vero ab eo initium faciamus, apud quem plurima orationis laxius connexae exempla obvia sunt [24]), Iohanne nimirum, luculentius vix aliud eius rei documentum est, quam ipsum evangelii Iohannei initium, in quo gravissimae sententiae se excipiunt sine ulla interdum nexus indicatione, quas vero illustrare longum est. Inprimis autem haec liberior connectendi ratio apud eundem Iohannem et reliquos etiam cernitur in referendis dictis Iesu, quae vel ab ipso Christo gnomarum instar prolata erant, vel a nostris scriptoribus ita saepenumero traduntur, ut nexus singularum non satis ubique appareat, cuius rei iterum unum exemplum afferre sufficiat reliquias orationum Iesu apud Ioh. a cap. inde XIV. et orationis montanae apud Matth. a cap. V. et locc.

---

24) cf. Schulzius l. l. p. 119. et p. 218.

sa syro-chaldaica dialecto evangelium suum c
signasse putatur [21]). Non nova igitur et ins
oratione eos scripsisse, res ipsa loquitur, sed
ipsum documento est, quanta animi etiam inte
tate fuerint, qui non studerent narrationibus
stili novitate et splendore favorem conciliare, n
ab orationis facundia commendationem habere
lent. Nam etsi sermonis graeci puritatem et
bilitatem attingere non facile possent, tamen
scribere poterant, ut maius aliquod studium
orationis concinnitate positum appareret. At
cogitarunt de sermone artificiosius conforma
de partibus narrationis diligentius copulandis,
oratione magis ad graecam rationem compone
et rerum a se narrandarum vi et gravitate confisi,
taque spe freti, verbi divini efficaciam aliunde
dere, quam ex orationis humanae praestantia,
dissimulabant scribentes natales suos. Neque

---

serie aliud ex alio nectitur, ita ut nihil dissip
aut abruptum aut turbatum appareat. Tota de
oratio cernitur eo ordine disposita eaque pa
continuatione colligata, ut plane aequabilem
scriptoris habitum demonstret, animique seda
tranquilli imaginem quandam exhibeat." De ipso
scriptorum N. T. idiomate prae aliis v. Winer
Grammatica N. T. p. 3. sq.

21) cf. Kuinoelius in *Proleg.* ad Matth. p. 7.

nunc loquimur de defectu concinnitatis, qui in delectu rerum de Christo narratarum earumque ad temporum locorumque rationes compositione cernatur [22]), sed de defectu concinnitatis in genere scribendi, de sermone liberius connexo, de laxioribus orationis vinculis. Haec igitur solutior oratio, si in eius caussas inquisiveris, nititur potissimum eo, quod evangelistae paucas modo coniunctiones easque ipsas non ubique usurpant praeter copulantes quasdam, quarum usus perpetuus et latissime patens est. Huc pertinere ante omnia particulas καὶ et δὲ, quisque vel non monitus sciet, quarum haec non solum adversativa est et, ubicunque novi quid affertur, posita reperitur, sed simpliciter etiam copulat res quam maxime contiguas, illa vero non solum copulat res plus minusve coniunctas, sed omnium fere aliarum coniunctionum locum explere dici potest, ita, ut propria eius vis e singulorum locorum indole constituenda sit [23]). Exemplo esse

---

22) Qua de re vide, quae disputata sunt in Comment. I. p. 41. sqq.

23) Quod non sic intellectum volo, ac si particula καὶ proprie et per se significet, quod Graeci aliis coniunctionibus exprimere soleant, sed posse in eius locum aliam coniunctionem nexui aptiorem substitui. Neque enim confundere licet significationem et sensum more Schleusneri in Lexico, quem hoc quidem no-

potest locus quisque primum obvius; quare paucis defungar in illustrando loco, qui legitur apud Matth. 8, 6. seqq. Ibi scilicet primum δὲ v. 6. indicat novae narrationis initium et καὶ simpliciter copulat participia; καὶ v. 7. continuat narrationem ita, ut esse possit: *tum* vel *ad haec* dicit Iesus; καὶ v. 8. et ipsum continuat, ita tamen, ut, si omissum esset, non desideraretur quidquam; in fine eiusdem versiculi autem καὶ inservit apodosi et pro linguae graecae rationibus recte abesse potuit; καὶ γὰρ v. 9. ut Latinorum *etenim* ita caussam subiungit, ut eam simul cum antecedentibus copulet, sed in hunc fere sensum: *quamvis enim* alienae potestati subiectus sim, tamen habeo servos dicto audientes; sed haec ipsa apodosis uberius et liberius prolata est, nam καὶ λέγω τούτῳ ad sensum est i. si dixero huic, et quae sequuntur particulae κα iterum faciunt apodosin. Particula δὲ vero v. 1 nec ipsa adversativa est, quum Iesus iam v. promtum suum ad sanandum servum animum gnificasset, sed mera copulativa, quae salva or nis cohaerentia abesse potuit, quum hoc solum catur: Quo audito Iesus miratus est. Eius

mine merito taxandum aegre tamen tuli nonnu tam graviter et acerbe reprehensum esse, quip ius opera et auxilio recentioribus lexicographi rit demum, rectiora docere.

orationem liberius connexam, quam in Matthaei, Marci et Iohannis evangeliis regnare constat, apud ipsum Lucam etiam, quem magis, quam reliquos, ad graeci sermonis puritatem accedere novimus, facili negotio observabis, si vel primam eius narrationem de Zacharia sacerdote 1, 5. seqq. comparaveris, in qua haec se excipiunt: *Ἐγένετο ἱερεύς τις — καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ — καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ — ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι — καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα — ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν — καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἦν προσευχόμενον — ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος — καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας* — etc. Praeter pronomen relativum, quo sententiae copulantur, coniunctiones *ἵνα, ὅτι, γαρ, εἰ, ἐὰν, εἰ μὴ, ὡς, καθὼς, ὅπως* solae fere sunt, quarum ope tota oratio nectitur. Illarum vero particularum, quarum usus apud Graecos latissime patet eorumque orationi singularem quandam perpetuitatem et tenorem conciliat, quales sunt *ἄν, γέ, δή, τοί, ἄρα, τέ, μὴν* in evangeliis certe longe rarior usus est, sed nullus fere illarum locutionum, quibus Graeci praeterea singularum sententiarum inter se rationem et nexum significant. Una igitur laxioris orationis caussa in manco et imperfecto particularum usu sita est; altera vero in eo, quod scriptores sacri commotione quadam animi et fervore orationis abrepti nexum singularum sententiarum

rerumque minus curant eumque expressis verbis indicare non raro negligunt. Neque enim scriptores de vita Iesu Christi componere licet cum plerisque historicis veteris et recentioris aetatis, si spectaveris ad animum, quo affecti ad scribendum accesserunt. Nam neque collegerunt diu et operose, quae memoriae traderent, neque promserunt e scriniis suis, quae dudum iam in chartas coniecta nunc retractata et expolita in vulgus emitterentur, neque exposuerunt de rebus multis saeculis ante gestis, neque populorum et civitatum fata omninoque eiusmodi res perscripserunt, quae ipsorum animum non commoverent magnopere: sed nunc primum scribendi consilio capto recentissimae memoriae historiam composuerunt, et narraverunt de vir divinae sapientiae virtutisque exemplo praestantissi mo, verae felicitatis et salutis doctore et auctor vere divino, cui et ipsi hoc acceptum refereba quod divinae veritatis luce illustrati et acriore tutis studio accensi certam aeternae beatitatis sp alebant. Sua ipsorum igitur res agebatur, ipsor non os, sed animus omnibus laetitiae, pietatis, verentiae, gratae mentis sensibus repletus loqu tur, ideoque mirum non est, quod in eorun tione etiam commotioris huius animi vestigi sint. Non digni profecto tanto magistro dis essent, nisi intelligi posset, eos ipsos res gr

mas, quas narrandas haberent, summo animi studio amplexos esse. Haec igitur caussa fuit, cur saepenumero historiae perpetuitatem negligerent, ab uno ad alterum celeri pede properarent, et lectoribus singularum rerum et sententiarum nexum cogitandum relinquerent. Neque tamen propterea fieri non potest, ut attentus et diligens lector mentem eorum perspiciat et rationem intelligat, qua ab una re ad alteram cogitando transierint. Ut vero ab eo initium faciamus, apud quem plurima orationis laxius connexae exempla obvia sunt [24]), Iohanne nimirum, luculentius vix aliud eius rei documentum est, quam ipsum evangelii Iohannei initium, in quo gravissimae sententiae se excipiunt sine ulla interdum nexus indicatione, quas vero illustrare longum est. Inprimis autem haec liberior connectendi ratio apud eundem Iohannem et reliquos etiam cernitur in referendis dictis Iesu, quae vel ab ipso Christo gnomarum instar prolata erant, vel a nostris scriptoribus ita saepenumero traduntur, ut nexus singularum non satis ubique appareat, cuius rei iterum unum exemplum afferre sufficiat reliquias orationum Iesu apud Ioh. a cap. inde XIV. et orationis montanae apud Matth. a cap. V. et locc.

---

24) cf. Schulzius l. l. p. 119. et p. 218.

parall. ap. Marc. et Lucam [25]). Denique hur scriptorum nostrorum nexum saepe magis innuer tium, quam certo declarantium, morem testatu quoque frequentissimus adverbiorum quorunda usus, quae saepe quidem tempus continuum et re statim subsecutam indicant, saepe vero etiam si nificant, ad novam aliquam narrationem transi Praeter particulam καὶ enim, quae vix dici pote quam saepe novae narrationis initium faciat, nil usitatius iis est adverbiis τότε, εὐθέως vel εὐθὺς, ἰδ vel ἰδὲ, quorum hanc rationem observasse mi visus sum, ut τότε apud Matthaeum inprimis o currat (cf. 2, 7. 16. 17. 3, 1. 5. 10. 11.) εὐθέ vel εὐθὺς apud Marcum (cf. 1, 10. 12. 18. 20. 28. 29.) ἰδοὺ vel ἰδὲ apud Iohannem (cf. 1, 29. 3, 26. 4, 35.) itemque etiam apud Matthaeu Lucas vero praeterea delectatur formula ἐγένετο (cf. 5, 1. 12. 17. 6, 1. 6. 12.). Sed haec de J riore orationis nexu satis dicta sunt.

Tertia caussa, e qua simplicitas script sacrorum de vita Iesu Christi patet, haec quod *orationem non admodum varia omnem dictionis ornatum respuunt.* Et

25) v. qui uberiorem hac de re disputationem Tzschuckius in *Comment. logico-rhetor. d nibus Iesu Christi* p. 25. sqq.

quidem eundemque orationis colorem in omnibus regnare evangeliis, ab omnibus animadversum et concessum est, ita, ut non paucis uum librorum sacrorum taedium ipso hoc variationis et ornatus defectu excusarent. Scilicet non senserunt, hoc aequabile etiam et simplex scribendi genus propriam suam pulchritudinem habere[26]) et omnium maxime conferre ad fidem scriptoribus sacris faciendam. Quum enim evangeliorum auctores nec loquendi formulas nec periodorum structuram admodum varient, neque operam dent, ut saepius dicendis mutatam orationem adhibeant et verborum orna um adspergant, recte colligitur, eos et vanae gloriae cupiditatis, quae exquisito scribendi genere conquiritur, et malae fraudis, quae artibus ad persuadendum excogitatis utitur, expertes i. e. simplices fuisse. Qui enim literarum cognitione imbuti sunt et ingenium artibus excultum habent, quique affectant certe laudem eruditionis, non acquiescunt in hac sermonis aequabilitate, et sibimet ipsis displicent idem iisdem semper verbis dicentes; et qui alios fallere vel in errores inducere volunt, in eo quam maxime laborant, ut fucum faciant lectoribus orationis luminibus, verborum magnificentia, imaginum sublimitate et numerorum suavitate.

---

26) v. Morus *in Defens. narrationum N. T.* etc. p. 49.

Habet quidem quisque scriptorum sacrorum, quo dictionis eius proprium dici possit, ut aliquoties ia monitum est [27]), sed ut diligentiore singulorui secum invicem comparatione opus est, si hanc di versitatem reperire velis, ita in multis narrationibı ad singula etiam verba secum conspirant. Qu quidem congruentia non dubito, quin ex eoru mentis animique simplicitate maximam partem r petenda sit [28]). Sed agedum quaeramus nun qua in re illa dictionis aequabilis indoles maxin conspicua sit. Quae quidem disputatio longa f ret, si omnia recensere vellemus, quae ad ha rem e toto evangeliorum ambitu convocari posse Itaque in paucis acquiescamus, praesertim quu haec res notissima, a neminis sensu aliena et s pra, cum de oratione uberius effusa et liberius c posita sermo erat, pluribus exemplis compro sit. Cernitur autem haec non admodum va oratio cum in rebus et sententiis, quae quotie petuntur, toties iisdem fere vocabulis script guntur, tum in formulis quibusdam vel apud vel apud singulos iterum iterumque obviis,

---

27) cf. supra p. 12.

28) v. quae egregie monuit hanc in rem Gı in libro: *Historisch-krit. Versuch über di hung und die frühesten Schicksale der sch* (Lips. 1818.) p. 94. sq.

constructionibus semper et ubique adhibitis. Res igitur et sententiae saepius iisdem vel non admodum diversis verbis repetitae reperiuntur primum in ea evangeliorum parte, quae sermones Christi exhibet[29]), quem quidem orationem non variasse eo minus mirari possumus, quo graviores sententias pronuntiavit nunquam non aptissimis vocabulis usus, ita, ut constans earum elocutio aeternam etiam earum veritatem quasi adumbraret: deinde vero etiam in ea evangeliorum parte, in qua scriptores sacri suis ipsorum verbis de vita, disciplina, rebus gestis et fatis Christi exponunt. Hoc vero rerum iisdem fere verbis narratarum genus duplex est, earum scilicet, quae ab omnibus vel plurimis evangelistis uno veluti ore narrantur, et earum, quae a singulis evangelistis saepius memorantur, quippe quae gravissimae et notatu dignissimae sint. Et prioris quidem generis exempla infinita quaevis evangeliorum synopsis suppeditabit, posterioris vero generis exempla e Marco certe et Iohanne satis multa enotavit Schulzius[30]), quibus e Matthaeo et Luca alia addere supervacaneum est. Et haec quidem sufficient de rebus et sententiis, quae iisdem vel non

29) multa hanc in rem exempla attulit Tzschuckius l. l. p. 232. sqq.

30) cf. de Marco l. l. p. 80. sqq. et de Iohanne p. 70. sqq.

admodum diversis verbis expressae leguntur. Sec
sunt etiam formulae quaedam vel apud omnes ve
apud singulos evangelistas iterum iterumque obviae
quae orationem parum variatam demonstrant. Exem
plo sint illae formulae, quibus scriptores sacri V. T
effata allegant, ad quae sexcenties eos provocare con-
stat. Ubi igitur V. T. oracula in medium proferuntu
ad dictum factumve aliquod confirmandum vel illu-
strandum, Matthaeus semper fere utitur formula: ἵνα
vel ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθέν[31]). v. 1, 22. 2, 15. 23. 4, 14
8, 17. 12, 17. cll. 2, 17. 3, 3. 13, 14. et sic sae-
pius. Apud Marcum semel tantum (14, 49.) leg
videtur: ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. et 15, 28. oc
currit formula: καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα
hic enim omnino rarius ad V. T. libros provoca
nisi quod aliquoties Iesum ad illos provocante
facit et in universum tantum ad nonnullorum V.
locorum sensum respicit adhibitis formulis: s
γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τ. ἀνθρώπου· 9, 12. καθὼς
γραπται ἐπ' αὐτὸν· 9, 13. καθὼς γέγραπται περὶ
τοῦ· 14, 21. Lucas habet formulas: γέγραπται,
θὼς γέγραπται· v. 2, 23. 3, 4. 4, 4. 8. (cll. M
4, 4. 7.) 10, 27. et paullo mutatas 4, 17.
20, 17. 22, 37. ubi leguntur: τοῦτο τὸ γεγρα

31) quam quidem formulam neque ex mente s
rum sacrorum, neque secundum linguae gra
ges recte interpretantur, qui ἵνα existimant
positam esse, licet τελικῶς accipiendum sit.

δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοί. Apud Iohannem hae formulae reperiuntur: καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· 1, 23. ὅτι γεγραμμένον ἐστί· 2, 17. καθώς ἐστι γεγραμμένον· 6, 31. καθὼς εἶπεν ἡ γραφή· 7, 38. ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· 8, 17. cll. 10, 34. ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τ. προφήτου πληρωθῇ· 12, 38. ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ· 13, 18. 19, 24. 36. ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ· 15, 25. ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφή. 19, 28. Hic enim et Matthaeus omnium maxime V. T. rationem habent. Ex iis denique, quae supra de concinnae orationis defectu disputata sunt, sponte sua intelligitur, neque constructionum magnam in evangeliis varietatem esse. Omnis enim oratio longe abest a periodorum struendarum artificio, sed per breves sententias et pauca membra procedit, quae simplicissima ratione copulata sunt; breves sunt protases, breves item apodoses, rarius adhibentur interrogationes, rarius etiam exclamationes, leni et aequabili flumine pleraque decurrunt, raro attollitur oratio. Et si quid ex usu frequenti earundem particularum de intermisso dictionis variandae studio iudicari potest, (et potest profecto,) satis erit monuisse, cap. II. Matth. haud ita longo particulam καὶ, si discesseris ab iis locis, in quibus haec particula necessario coniuncta copulat, octies positam esse ad solum orationis filum continuandum, particulam δὲ decies,

ἰδοὺ quater, τότε ter, ita, ut quisque versiculus una harum particularum cum altero copulatus sit, praeter coniunctiones paucas, quibus aut caussa rei, aut consilium, aut conditio, aut effectus significatur. Eademque oratio in toto evangeliorum volumine plus minusve regnat. Ut unum adhuc dictionis non admodum variatae exemplum afferamus, liceat redire ad usum frequentem participiorum cum verbis finitis copulatorum, ad quem supra alia de caussa provocavimus; quae quidem constructio, quamvis vi sua et elegantia minime careat, tamen saepius ac perpetuo adhibita variatae dictionis studiosum fatigare potest. At cap. VIII Matth. undevicies eam usurpatam leges. Superest ut de defectu ornatus in oratione evangelistarum pauca addantur. Neque enim longa demonstratione eget, dictioni scriptorum sacrorum omnia deesse, quae vulgo orationem ornare et illuminare dicuntur[32]). Quemadmodum igitur evangeliorum auctores non exspatiantur in res e longinquo petitas, in ornatiores hominum, morum, locorum temporum descriptiones, sed simpliciter tantum notant eiusmodi res, ita etiam in verbis abest omnibus, quae solius ornatus caussa adiecta dici possent. Frustra igitur in evangeliis epi quae dicuntur, ornantia quaesiveris, frustra

32) cf. Morus l. l. p. 55. sqq.

nes et comparationes vel tropicas locutiones, quibus nihil aliud efficiatur, nisi ut delectentur et mulceantur lectores, frustra quoque syntaxeos ornatae figuras et posituram verborum orationi condiendae inservientem. Quod genus scribendi in evangeliis dominatur, id potius grave et severum est, uti convenit rebus, quae proponuntur, gravissimis, alienum longe a quovis verborum lusu, exaggeratione, tumore, splendore, exornatione poetica vel rhetorica, et si qua est sublimitas et praestantia, ea in rebus potius, quam in verbis est. Sic praestantissima ipsius Christi dicta quaeque pondere suo unumquemque veritatis virtutisque amantem gravissime commovent, ad unum omnia tantopere ab inani verborum ornatu abhorrent, ut simpliciùs pronuntiari vix potuerint. Quod vero quum eiusmodi sit, ut sentiri magis, quam demonstrari possit, non opus erit, ut plura addamus.

Reliquum est, ut de quarta caussa dicamus, e qua simplicitas scriptorum sacrorum de vita Iesu Christi apparet. Namque simplicitatis eorum documentum esse existimamus, quod *non cavent a negligentia quadam in grammatica orationis constructione.* Et orationem quidem paullo negligentius structam eam dico, in qua anacolutha et anantapodota, personarum et numerorum enallagae, variique generis syneses frequentantur. Non est,

quod moneantur lectores linguarum periti, has quoque figuras syntacticas vim suam propriam habere, neque temere ab auctoribus veteribus usurpari; aut enim maiorem gratiam, aut gravitatem, aut vigorem orationi conciliant, earumque usus iure reprehenditur, nisi perspici possit consilium, quo ductus scriptor iis usus fuerit, gravius et rectius, quam elegantiam venandi studium. Sed N. T. scriptores non ex veterum Graecorum scribendi genere aestimandi sunt, et quae apud eos parum concinnae periodorum constructiones et a vulgari sermone declinationes deprehenduntur, semper fere e minore cura repetendae sunt, quam scribendi generi impenderunt, utpote qui de rebus magis, quam de dictione solliciti essent. Certum enim est, homines a literarum cultu alienos laxare interdum vincula legum grammaticarum et in narrando liberius versari, interrumpere nonnunquam medium orationis cursum et interponere, quae interea mentem subierint, aliter, atque coeperint, narrationem finire, et plerumque loqui, ut animus iusserit. Haec ipsa ve quam dicere licet, nativa scribendi narrandi ratio recte etiam animi integri et simplicis in haberi potest. Nam qui alios fallere con quibuscunque artibus ad persuadendum aptis dent; quique aliis persuadere volunt de rebu falsis aut dubiis, cavent profecto, ne dete

lectores orationis humilitate, asperitate, duritie, imo summo studio nituntur, ut oratio sua elegans, comta, laevis et concinna sit. Iam quum orationis negligentius structae exempla quaedam afferenda sint, nolo huc referre synesin illam nostris usitatissimam, qua nomini collectivo singulari verbum numero plurali subiungitur[33]), vel neglectis grammaticis rationibus ita oratio continuatur, ut ad solum sensum prius dictorum respiciatur[34]), quum ea frequenti veterum scriptorum usu commendetur[35]). Sed pertinent huc epanalepses quaedam seu superfluae pronominis demonstrativi repetitiones, eae scilicet, in quibus pronomen sine ulla vi repetitur, v. c. Matth. 8, 1. *Καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί.* cf. v. 6. 23. 28. 26, 71. Marc. 5, 2. Luc. 8, 27. Nam quae apud Iohannem saepius leguntur, ex alio genere sunt et ad vim et perspicuitatem augendam faciunt[36]). Porro non rara sunt in evangeliis ex-

---

33) v. c. Matth. 8, 32. *ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν.* cf. Marc. 3, 7. 8. Luc. 2, 13. Ioh. 7, 49.

34) v. Matth. 8, 34. *πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν παρεκάλεσαν κ. τ. λ.* cf. Marc. 2, 13. Ioh. 12, 9.

35) v. Bremi ad Cornel. Nep. I, 5.

36) v. c. Ioh. 5, 36. *τὰ ἔργα, ἃ ἔδωκέ μοι ὁ πατήρ, ἵνα τελειώσω αὐτά, αὐτὰ τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.* cf.

empla enallages, cuius quidem non eas species dico, quibus partes orationis secum commutantur, ita, ut abstractum pro concreto[37]), substantivum pro adiectivo, verbum compositum pro simplici ponatur, quum in his singularis plerumque orationis vis conspicua sit; sed eas, quibus subita personarum, temporum et numerorum commutatio fit. Sic v. c. Marc. 6, 8. 9. habet: *Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν — ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας.* et Ioh. 10, 36. *Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε· ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον· υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι,* cf. Lucas in Act. Apost. 14, 22. 15, 1. 17, 3. 23, 22. quibus locis subito ab una persona ad alteram transitur. Temporis mutati exempla habes apud Matth. 20, 20. seqq. ubi modo per praesens, modo per praeteritum narratur et verba *προσῆλθεν, εἶπεν, λέγει, ἀποκριθεὶς εἶπεν, λέγουσιν αὐτῷ* se excipiunt. cf. Marc. 9, 35. 15, 16—29. 16, 1— et aliis multis locis, Luc. 11, 5. Ioh. 4, 9. seqq. 13, 4. seqq. et alibi. Numeri vero et generis enallagen apud Iohannem inprimis deprehendes, v. 17, 2. *ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν*

15, 2. 5. v. omnino de rebus huc spectantibus Schulzius de Iohanne p. 105. sqq.

37) ut apud Ioh. saepissime; cf. 1, 10. 14, 6. 15, 16.

αἰώνιον· cf. 1, 11. 3, 6. cl. 8. 6, 37. 13, 4. Denique observari licet, evangeliis non pauca anacoluha et anantapodota inesse, quorum quidem ratio quum singulis locis facile perspici possit et explicari, satis habemus, singula e quovis evangelio exempla afferre; e Matth. 10, 32. seq. *Πᾶς οὖν, ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσει κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου ἐν οὐρανοῖς.* cf. 12, 36. 13, 12.; e Marco 4, 25. *Ὅς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.* cf. 5, 19. 6, 2. 11, 32. 14, 49.; e Luca 5, 24. *Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, εἶπε τῷ παραλυτικῷ· σοὶ λέγω κ. τ. λ.* cf. 9, 3. 11, 11. 12. 12, 48. 20, 18.; e Iohanne 5, 44. *Πῶς δύνασθε ὑμεῖς πιστεῦσαι, δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε;* cf. 6, 39. 62. 17, 2. 25. Quibus locis etiam addi possunt, qui antiptoseos exempla continent, v. c. Luc. 13, 27. *οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ.* cf. Ioh. 7, 27. 9, 8. 19. 29. Sed haec sufficiant.